

Metensis ecclesie episcopus subscripsit^{u)}. Lanuardus Mindensis episcopus subscripsit. Hucbertus episcopus subscripsit. Lvzo episcopus Cremonensis subscripsit. Iohannes episcopus Turdonensis subscripsit. Adelbertus episcopus subscripsit. Otger episcopus subscripsit. Sichelmus episcopus Florentinus^{v)} subscripsit. Albericus episcopus subscripsit. Astingo Auximane^{w)} episcopus subscripsit. Lusino^{x)} Laucanensis ecclesie episcopus 5 subscripsit. Erfemarius Antias episcopus subscripsit. Iulianus episcopus Nucerinus subscripsit. Stephanus Ceruie ecclesie episcopus subscripsit. Atto Senegalie ecclesie episcopus subscripsit. Lupus Spolitanus episcopus subscripsit. Lyndo^{y)} Clusiane ecclesie episcopus subscripsit.

Data III. nonas ianuarii per manus Widonis episcopi sancte Silve Can- 10 dide ecclesie, bibliothecarii sancte sedis apostolice, anno deo propicio pontificatus domini Iohannis summi pontificis et universalis tercii decimi pape in sacratissima sede beati Petri apostoli tertio, imperantibus dominis piissimis augustis Ottone et eius equivoco filio a deo coronatis magnis imperatoribus, anno maioris imperii sexto et minoris primo, in mense ianuario, indictione supradicta undecima. (Px.) (M.) (M.)^{z)} 15

8.

Papst Johann XIII. ertheilt dem Erzbischof Adelbert von Magdeburg die Bestätigung und das Pallium, mit dem Auftrage, die jenseits der Elbe und Saale einzusetzenden, dem Erzbisthum untergeordneten Bischöfe zu weihen. [Rom], 968 Okt. 18.

Hdschr.: Cop. Liber privi. s. Mauw. fol. 1 Staatsarchiv Magdeburg. 20

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,8. Jaffé 2858.

Ann.: Vergl. Einl. 171 Ann. 10 und S. A. 314 Ann. 10.

Iohannes episcopus servus servorum dei reverendissimo confratri nostro Adelberto sanctę Magadaburgensis ecclesię archiepiscopo ęternam in domino salutem — — Igitur quia gloriosissimus spiritualis [filius]^{a)} Otto imperator augustus civitatem, quam 25 Magadaburg dicunt, in confinio Saxonum et Sclavorum in ripa fluminis Albię in parochia scilicet Halberstatensis episcopii fundavit et ecclesiam inibi construxit, canonicos constituit, ad quorum subsidium satis contulit et innumeram multitudinem Sclavorum ad divine religionis cultum conduxit, confratres Hatto sanctę Magunciensis ecclesię archiepiscopus et Hildiuuardus Halberstatensis ecclesię episcopus et comprovinciales episcopi, 30 sicut per consentaneas et petitorias litteras ab ipsis propriis manibus roboratas, quę in presentia nostra ante corpus beati Petri apostoli relectę sunt, didicimus^{b)}, in predicta Magadaburg civitate archiepiscopalem sedem privilegio apostolicę sedis statui ordinarunt, quę ultra Albiam et Salam in congruentibus locis subiectos episcopos, qui non ordinati sunt et ordinandi futuris post temporibus erunt, habeat nostro post deum iudicio, 35

7. v) Florentinus episcopus B. w) Ausiane A. Ausiniane episcopus B. x) Tusinno B. y) Lyvdo B.

z) Vergl. Einl. 170 Ann. 7. S. A. 313 Ann. 7.

8. a) filius fehlt. b) didimus.